

Alte Drucke

**DECISIONES || CAVSARVM || ROTAE FLORENTINAE, ||
AVTHORE HIERONYMO MAGONIO. || I. V. D. VRBEVETANO.
|| NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE. || Cum Indice ...**

Magoni, Girolamo

Urbs Vetus, 1587

AD LECTOREM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150757

AD LECTOREM.



OVERBIT fortasse tibi admirationem, Candide Lector, cum probè noneris quot, & quales, quantæue authoritatis viros hæc tota terrarum orbe celeberrima Respub. Florentina in suo amplissimo Rotæ Auditorio habuerit, quid sit quod illis silentibus, ego eorum omnium doctrina & ingenio postremus, decisiones istas edere fuerim ausus, quasi dici possit, Dum crepitant rauca, Canora fileant. Sed desine mirari quæso & huius nostri instituti rationem accipe. Sentiebam sane nullam esse Remp.

vel Senatum aut liberam ciuitatem in qua Auditorium Rotæ erectum esset, quæ non aliquas olim decisiones promulgasset, solam verò Florentiam in omni disciplinarum genere florentissimam, præsertim in dirimendis litibus nulli secundam hætenus nullū prorsus rerum indicatarum testimonium posteris dedisse. Hinc factum est ut non semel nec vno tantum in loco apud consultissimos viros habitus sit sermo & efflagitantibus multis & præsertim Magnificis DD. Coauditoribus, vtripsæ aliquas facti species in eadem Rota Florentina decisas in publicum legendas exhiberem & quemadmodum nullus locus rogandi posthabitus, sic nulla recusandi via relicta fuit, ita ut coactus hos casus ex multis qui dum essem illius Rotæ Auditor contigerunt, adnotare curauerim & in testimonium deuotissimæ seruitutis meæ erga eandem Remp. ediderim. Hos igitur tenues labores nostros (qualecunque sint) beneuole Lector hilari fronte accipito & boni consilio, & si quid in eis Tipographi incuria deprauatum seu mendosum comperies (non enim Romæ vel Lugduni excussæ sunt, sed in Vrbeueteri vbi nec impressorum nec correctorum copia pollet) candore iudicii tui corrigito & suppleto. Vale.

AD LIBRARIUM.

Ex his ex totis huiusmodi laboribus
Meliusque collectum conficit inde fuit;
Sic Hieronymus alia exortus eorum. Magnanimus
Dilecti mei ex inter scriptos regere hic,
Quod studio vultu conuenit tam bene digne,
Ne curam huiusmodi bonos, vultu digne fuit.



AD LECTOREM.

Nunc hilari vultu lector, nunc fronte benigna,

Munera praeclaris accipe digna viris:

Qua iuris sapiens donat Magonius, atque

Doctorum sacris consecrat ingenijs:

Perlege, si quavis optas problemata iuris.

Solvere, quae fuerant non meditata alijs;

Hic etenim resecanda secat, seruandaq, seruat,

Noscendi cunctis abditum monstrat iter,

Perscrutans abstrusa, aperit, quae tempore longo

Humanas mentes oblituere prius,

Qua dubios poterant legum fraudare peritos,

Iudicis & iusti sollicitare animum;

Quaque magis fuerant densis obscura tenebris,

Hic reddit claro lucidiora die:

Talia qui scripsit vitabit denique mortem,

Aut saltem totus non periturus erit:

Namque eius viuet clarum per secula nomen;

Et passim insignis fama perennis erit.

Gaude igitur iuris paruo inuenisse labore

Thesaurum, hoc felix perfruere, atq; vale!

AD LIBRUM.

Elicit ex rosis apis ingeniosa saporem,

Mellaque collectum conficit inde fauo;

Sic Hieronymus alta exortus gente Magonum

Dulce mel ex iuris floribus aggregat hic,

Quod studio vigili conetur lambere quisque,

Vt cumuletur honos, utilitasque simul.



IN D. HIERONYMV M MAGONIV M
Iuris caufarum præcipuum deciforem.

*Absit vt Alciden coner celebrare camanis,
Quamuis multiplicis fit clarus honore trophæi.
Non ego ſcipiadas referam duo fulmina belli;
Sed celebrem doctrinæ te ſuper aſtrareponam,
Qui pietate grauis ciuile iure coruſcans
Diuiſos toto de pectore fundis honores.
Credo ego Caſtalijs nutritum nuper ab oris.
Deſcendiſſe, liquor cui pectore plurimus hæret:
Tot tibi doctrinæ poſitæ ſunt mente vigores
Quot recubant atomi tacito corpuſcula Ponto,
Nec tibi quem ſimilem potero reperire? quis arte
Iuris in amplifici te poſſet in Orbe præire?
Iura Solon ſcripſit, leges Numa condidit olim;
At cunctos ſolus ſuperare videris aperte:
O te ſælicem natum ſælicibus aſtris
Iuridicos inter, qui ſacri diues honoris
Non ſecus ac Titan radiorum ardente corona
Emicat haud aliter radijs pietatis es auctus.
Hoc opus, hæc virtus decus immortale parabit,
Sic tua poſt fatum ſuccedet gloria cælo,
Et Pyllos merito duces ſæliciter annos.*

RICCARDI PONTANI.

*Quod tibi lector opus, quæ ſcripta Magonius edit,
Cuius in æternum fama ſuperſtes erit,
En lege, te quoniam nunquam legiſſe pigebit,
Ingenij ſummi eſt hic mihi crede labor,
Hunc Cape, quem nunquam cupies deponere librum.
Auribus inuenies plurima digna tuis.
Tu modo perge magis nomen virtute Magoni
Ingenio, ſcriptis ac celebrare tuum.*



CHRISTOPHORI POLIDORI
VRBEVETANI.

*Non Magon ille ego sum metuit quo sospite Roma,
Omnis & Italia ferre subacta iugum,
At me astra legum docuit persolvere nodos,
Et dubijs finem litibus imponere.*



EIVSDEM.

*Hic est ille Magon magnus non quem Africa tellus,
Tot partis spolys laude perenne colit.
Ast alter parta docuit quem Astra quiete
Leges servare: & reddere cuique suum.*

RICCARDI PONTANI.

*Non Magon ille ego sum metuit quo sospite Roma,
Omnis & Italia ferre subacta iugum,
At me astra legum docuit persolvere nodos,
Et dubijs finem litibus imponere.*